Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8286
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Imparo · Imperator · Indupator · Imperium · Imperiosus · Separo · Separum · Parvus a · Parsimonia · Parcus a · Parcitas atis

dividere. Imparo as i. iubere precipere. Unde hic imperator oris id est iussor preceptor et ponitur pro cesare quia summus est preceptorum in civilibus. Unde hic indupator oris per epenthesim et causa metri reperitur quandoque pro cesare. Et hoc imperium ii. dicitur regnum cesaris. Imperium dicitur etiam imperio. sed tunc dicitur precipue ab impero as. Et ab imperium imperiosus a um i. nobilis autenticus et impero plenus et comparatur. Separo as i. dividere segregare. Unde hoc separum ri dicitur genus veli unum pedem habens quo nauta utuntur. cum vis venti languescit teste sa. hu. Paro as et eius composita sunt activa et hanc sillabam pa corripiunt preter impero quod hanc sillabam pe corripit. Paros insula quedam est. Unde parvus a um gentile et quia in pro marmor habundat ideo parvus ponitur quandoque pro marmoreus et quandoque pro planus vel albus admodum marmoris.

Parco cis peperci vel parsi parsum i. condonare et etiam non multum expendere. Et a parsi hec parsimonia ie i. abstinentia et est virtus qua mensura refectionis non excedimus. Et a parco cis parcus a um quod quandoque significat avarum et quandoque significat inter avarum et prodigum plus tamen concordat cum avaro quam cum prodigo et comparatur. Unde hec parcitas atis i. parci proprietas

Parca ce · Parthicus a · Pastor oris · Pastus tus · Pastillus li

quod quandoque vitium et quandoque virtutem designat. Item a parco cis hec parca ce dicuntur enim parce a parcendo per contrarium quia minime parcere credebantur. quas tres antiqui voluerunt esse unam scilicet que vitam hominis ordiatur alteram que contexat tertiam vero que rumpat et parce alio nomine dicuntur fata videatur supra in forfaris ubi fatum exponitur. Parco cis nentium est cum suis compositis si qua sunt ab eo composita. Pardus di dicitur quedam bestia varia et velocissima. Parthus a um dicitur gentile a parthia quo nomine dicitur quedam provincia. Unde parthicus a um etiam dicitur gentile quod similiter est.

Pasco cis pavi pastum i. dare nutrimentum ut pastor pascit oves. Et ponitur quandoque pro depascere ut ovis pascit pratum i. depascit et corrodit. Unde hic pastor dicitur qui pascit aliquid. Et quia custodes pecudum frequenter pascunt eas ideo pastor pro custode pecudum quandoque capitur et methaphorice sic dicitur quandoque pastor spiritualis. Et hic pastus tus i. actus vel passio pascendi vel nutrimentum. Et pastus dicitur etiam pecunia collecta pro libris lectis vel legendis quia per eam ut videtur lectores quodammodo pascuntur. Et a pastus hic pastillus li diminutivum et sic dicitur etiam specialiter quidam parvus pastus ex pasta et piscibus vel carnibus factus pro quo quandoque dicitur secundum quosdam hoc

323